



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 16. Erasmi versio a pluribus Theologis impugnata

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

logos, ut majori cum sedulitate sacri Co- Sæc. XVI.  
dicis studio incumbant.

A.C.1519.

§. XVI.

*Erasmi versio a pluribus Theologis  
impugnata.*

Verum hæc Erasmi Apologia haud præpedire poterat, quominus plures Theologi versionem ejus denuo carpere molirentur. Hos inter Eduardus Leeus natione Anglus se in illa plusquam trecentos errores notabiliter jactitabat. Erasmus cum hoc viro hac super re conferre voluit, promisitque, se cuncta fidei aut probis moribus adversa correcturum; ast Leeus ejusmodi cum Erasmo commercium respuebat, paulo post tamen animadversiones suas publici juris fecit, quas Erasmus confutare nitebatur. Pariter Jacobus Latomus Lovaniensis Theologus, & Lopez Stunica Erasmi versionem impugnabant, Aleusius quoque & Dorpius eandem adjectis notis castigabant, quas tamen Erasmus ita explicabat, ut Aleusius plene acquiesceret. Verbi tamen Divini Præcones, ac Theologi in Sacri Codicis versionem, factasque ab Erasmo in novum Testamentum notas invehij non cessabant, ejusque hostes occulti nullam eum objurgandi occasionem prætermisere. Insuperhabit tamen hec

fse

**Sæcul. XVI.** Ise oppositionibus secundam adornavit  
A.C. 1519. editionem operis sui, in quo Sacrae Pa-  
 ginæ textum cum novem manu exaratis  
 Codicibus contulit, atque novæ lucubra-  
 tionis approbationem a Leone X. Papa  
 impetravit. Postea Anno Domini mille-  
 simo quingentesimo vigesimo primo ean-  
 dem suam versionem tertio prælo edidit,  
 textumque juxta editionem Venetam,  
 versionem vero juxta alios tres manu scri-  
 ptos Codices recognovit: successu au-  
 tem temporis plures adhuc aliæ editio-  
 nes hujus versionis prodierunt, quæ nun-  
 quam ab Ecclesia interdictæ censabantur,  
 nec etiam ullo unquam tempore prohi-  
 bitæ fuerunt.

### §. XVII.

*Erasmus inter Caroli Austriaci Belgii  
 Principis Consiliarios re-  
 ceptus.*

Hucusque Erasmi labor suo caruit præ-  
 mio; tandem vera Carolus Austriæ  
 Archidux, Hispaniæ Rex, ac supremus  
 Belgii Princeps, qui hoc eodem anno Im-  
 perator est salutatus, Erasmum ab arca-  
 nis status sui consiliis esse voluit, eique  
 ducentorum florenorum pensionem adje-  
 cit, quæ ipsi quoque usque ad annum sa-  
 lutis millesimum quingentesimum vigesim-  
 um quintum accurate numerata fuit.  
 Post